

do plus, dum etiam post vitam & sibi abnegavit se.

16 Nulla (quid si insignis?) hominis recta operatio sine pœmio. Pro huiusmodi mancipata vita, quid ergo erit Benedictio? Si reliquit, quam habet cadaver, vitam; vitam profecto habebit, quoniam reliquit. Vitam in sepulchro? Vitam non habet, quia mortuus: vitam cadaveris etiam caret, quia insepultus: quamnam ergo habebit vitam, dum non cogitamus aliam? Cito promam. Dixi supr. n. 9. apud Egyptios, sepulchrum significari per cor. Apud cor hic designatur per sepulchrum: igitur si cor origo vitalitatis, patet in sepulchro vitales cineres. Adhuc est flamma, ubi absconditur vita. Vivit in funere, & respicit in morte. Vel in urna gaudet motu, & ossa nobili spiritu, palpitante corde in sepulchri ariditate.

Culor cineris, vitales.

Apoc. 9. Vieg. Haye.

Est vita sepulchri.

Ibid. v. 10.

Alapid.

Miraculis comprobatur in cadaveribus vita.

Levit. 10. 2.

17 Aperto sigillo quinto libri inferutabilis per immaculatam Agnum; videtur Iohannes sub altare Dei animas interfectorum. Viegas, Haye, Alcazar, & alij hic interpretantur Animas, Cadavera, Corpora. An quia cadavera sepulta, vel post mortem describuntur animata corpora; ut per sepulchri dignitatem, affruiat vita, quæ possidetur post mortem? Si adest corporibus anima, nullatenus corpora mortua. Qua ergo lege quæ cadavera erunt animæ? Per nexum contrarietatis, ostenditur summa honoris; igitur operantur mirabilia, quasi non essent cadavera. Vox viventis indicat, & illa clamabant. Ne dubitetur vitæ singularis fax, vitam cadaverum demonstrat audita vox. Clamabant. Quid? Translationem. Post corporis immolationem, & sepulturam in altari holocaustorum translata sunt anima: ait Alapide hic. Sit ergo: verum ad quid translatio? Ut per huiusmodi transitum pateat vita interfectorum. In translatione ossa operantur miracula, quibus in ossibus comprobanda vita: dicunturque animæ, quæ principia vitæ; siquidem per prodigia, quæ factura ossa in optata translatione, mundo manifestandum, corpora sine vita gaudere vitalitate.

18 Attestatur acuminis phrasia singularis Sacre pagine. De filijs Aâron dicitur: Egressus ignis devoravit eos, & mortui sunt. Ad quod igitur dicuntur mortui, dum in cineres supponuntur flammæ virtute redacti? Quia sunt cineres animati, ut liquet in ossibus Benedicti. Sunt ossa, sed non arida; quippe miraculis florida. Sunt reliquiæ vitales: quæ fatagunt translationis; ut constet in ossibus præstantia vitæ, vel intra sphaeram sepulchri. Vitæ in sepulchri sphaera? No-

va sanquam vita. Vita est motus à se. In cadavere non motus. Est vita, qua vivitur ante mortem; est etiam vita, quæ post mortem vivitur. Vita post mortem est, cadaver cadaveri, quam non habet, præstat vitalitatem: & Benedictus mortuus in translatione ossium plauditur vivus; quia illud non eius cadaver cadaver tetigit, animam corporis mortui in hanc auram rovocavit.

Vita cadaveris est, cadaveri datur vitam

19 Reticulum insigne ex floribus virtutum Elisei, intendit concinnare Siracides, & uti præstantiorem inter rutilos flores, designat: Mortuum prophetavit corpus eius. Observetur vox Prophetavit: de qua ex professo Nos, Tom. 6. Tautolog. 5. ad illud 3. Reg. 22. 10. Propeta prophetabant. Ezechielis prophetia dirigitur in ossa arida: ac quid prophetabant ossa? Propetia, iuxta Angelic. Doctorem, 2. 2. quæst. 171. art. 1. in corp. Est inspiratio vel revelatio divina rerum eorum immobili veritate denuncians. Denunciatio supponit vocem: vox spiritum, spiritus vitam. Unde igitur cadaver Elisei, ut prophetaret, habuit spiritum, si facit ut corpus mortuum? Quidam sepelientes hominem (dicit historia sacra) proiecerunt cadaver in sepulchro Elisei: quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo, & stetit super pedes suos. Cum essent ossa Elisei in sepulchro, vitam dedit cadaveri dumtaxit ossium contactu: & cum resiliuntur vitales halitus, Eliseus plauditur vivus; quoniam vitam, quam quit habere cadaver sub tus terram, est posse communicare alij cadaveri vitam.

Ecl. 48. 14.

D. Thom.

Miraculum insigne, mortuum mortuum suscitavit.

4. Reg. 13. 21.

20 Quis vitam modò negabit post mortem ossibus Benedicti? Quis non negabit, cum ossa ferantur de sepulchro in sepulchrum? Vita & in sepulchro? Profecto. Iacebat coram ossibus cadaver: verum ut mortui mortus tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur: ait Adrevaldus in Hist. Floriacens. cap. 8. Simulatque frigidum cadaver, procul vitalitatis igne, Benedicti cadaveris tetigit ossa; vita facis extinctæ respicendit flamma. Spiritum haud accipit a vivo, sed a mortuo. Per mortuum accipit vel recipit, quod iam cadaver, spiritum? Quid novi, si ossa Benedicti cadaveris viva vocentur, dum à sepulchro Caphnesi transferuntur? Vita siquidem quæ habetur, uti virtutis insigne, in mortis regione, est posse vitam participare cadaveri. Gloriosum plauditur Christi sepulchrum: & ostendit Basilii Seleucient. unde gloriosum. Mortuos liberaturus erat Christi tumulus: inquit Orat.

Adreval.

Benedicti miracula vitæ mortui erant insigne.

Ilai. 11. 10.

Basil. Sel.

13. Mirum itaque, quod à vivente vita dantur cadaveri: cæterum à cadavere, manna xima

xima gloria. Singulare est, quod ab homine revocetur in cadaver spiritus; igitur ad præteritum, nisi miraculo, non datur regrediens. Spiritus vadit, & non redit, quippe et carcere mortis nullus extorquet. Verum ne, dum fiat, iudicetur impossibile; videmus facem accensam extinctæ flammam facile communicare. Hæc est gloria, sed non summa: summa planè, cadaver cadaveri vitam, quam non habet, participare lucem; sicut mirabile lucernæ extinctæ extinctam communicare splendorem.

Sepulchrum Benedicti gloriosum.

Ecl. 48. 14. Ver. 15.

Syr.

Mortuus suscitavit mortuum, inter miracula maxima.

21 Cursum reserctamus in prodigium Elisei, cuius dudum meminimus. Mortuum prophetavit corpus eius: dixit Sirachus, insigne: In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Fecit monstra in vita, quia Iilium Sunamiis eduxit potens & faucibus mortis: fecit mirabilia in morte, vitam communicat cadaveri. Ita enim Syr. In vita sua fecit prodigia, & in morte sua vivificavit mortuum. Cur igitur vitæ dicuntur tantum miracula, & miraculum post mortem mirabilia, quasi & numero miraculorum miracula singularia? Eiusdem speciei sunt miracula, quorum eadem argumenta. Si resurrectio mortuorum est materia illius virtutis, & Siracides laudis quare resurrectio secunda signatur universa mirabilia? Præ oculis ratio, atque potestatis magnitudo. In vita Eliseus gaudebat igne vitalitatis, atque calore ignis, ut in vitam posset aliquomodo disponere cadaver infantis. In morte carebat igne; & plauditur compendium miraculorum resurrectio facta, cum habitaret sepulchrum; quoniam insignis inter miracula pater, vitam communicare, quin haberet. Hispan. Por ser lo mas singular entre todos los aſſombros, comunicar a un cadaver los alientos sin alientos.

Adreval.

Anortuo vita, sui ves, mi facula.

22 Infantem, dum referret Benedictus, revocavit ab Orco: reserit Gregor. Magnus lib. 2. Dialogor. cap. 32. Dum ossa illius transferuntur idem miraculum fit. Quodnam maius? Quod fit modò. Ut mortui mortus tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur. Minime datur locus contentioni, cum inter cuncta ruditer miraculum singulare. Prius lux viva potuit infundi & illustrare statum gelidam, quam adinstar Promethæi deformatione formavit Lachesis in sepulchrum. Ignis igne fovetur. Modò ut cinis sine flamma transferatur, ut sepeliatur: & inter miraculum & miraculum, hoc singulare prodigium; quoniam cadaveri à cadavere communicari vitam, excedit planè miraculorum sphaeram. A mortuo vitæ Sanè universa miracula.

Huic Soli plus ultra est, ubi non videtur ultra. Luminare maius necdum constitutum in circuli sui suprema Zodiaci altitudine, sequebatur hæc Epigraphe: *Non dum in auge.* Ita Silvester à Petra-Sancta de Symbol. heroic. lib. 1. cap. 3. Quicquid virtus Solis, apertus cadit in vi turem Solis Occidentis. Reliquit Sol miserabilem mundum propter cælam; ut frueretur beatorum fore; cæterum necdum in auge: siquidem adhuc restabat perfectio, ut seipsum relinqueret in sepulchro. Nihil ultra videbatur in potestatis virtutis, concessa vitæ cadaveri infantis; sublata à funere risti; at tamen necdum in auge: etenim restabat in eius gloriam, quod cadaveri cadaver conferret vitam. Maior constat mundo, qui seipso maior. Hic datur virtuti decor. Beatitude. *Suprema est meta laboris.*

Benedictus post mortem tendit in summam.

Seque

DIDASCALIA IV.

Baptista in generali habitaculo satis se miratus est, esse peregrinum.

TESTATUR Chrysologus Serm. 92. Peregrinus dicitur, & est Iohannes peregrinus, quippe advena in terra propria. Advena & peregrinus: dicitur Abrahama inter filios Hebræ: reit ad perfectionem virtutis aliquod plus. Peregrinus, quoniam illic devenerat ex patria; & terra aliena non propria: verum felicitate habitatione Baptista, qui peregrinus, & nequaquam advena. Non est peregrinus inter homines homo; siquidem cunctorum una conditio: & Baptista sese iudicavit peregrinum, ubi genitus obtinuit genitricis habitaculum; quippe licet esset cum reliquis hominibus conditionis eiusdem, ampliorei cunctis adeptus est perfectionem; vocaturque iure inter proprios exortens; quia sicut illum neminem unquam vidit humanum genus. Ante tuos vultus genuit nec femina quemquam. Maior Iohannis nostri qui viribus esset. Canit Iuvenoc de Evang. hist. lib. 2. v. 543. Quid mirum, si in eadem natura peregrinum cogitentur, cum in homine plerumque hominem viderent?

Chrys. 92. Ioh. 1. 1. Geneſ. 23. 4.

Iohannis in natura humana peregrinus, licet homo.

Iuvenoc

2. Nascitur, sed posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit? Quæstio ex prodigijs in eius

Luc. 66.

nativitate visis oritur, puerum mirantibus; quin respondeant obiecto vel ipsis admirationibus. Posuerunt in corde, & posuerunt in mente: igitur sibi blandiebantur, mirum gratulantes de puero, naturæ communis singulari miraculo, respondente magnitudine expectationi voluntatis, ac cogitationi mentis: quandoquidem magnus inter homines homo esset, si dotibus coruscaret, quas desiderare poterat voluntas anxiosa; & humana quibat comprehendere intelligentia. Hoc potentiarum votum, sed exponitur ut dubium. *Quis putas puer iste erit?* Necdum cognoscitur *Quis*. Meditatur atque iure ambigitur, quod non comprehenditur. Peregrinus inter homines micat Baptista: & uti peregrini constat eius excellentia, ex eo quod vora excellere voluntatis, ac humani intellectus cogitationes.

3 *Quis putas puer iste erit?* Dubio respondetur. *Quis iste?* Ille. Licet plura cogiter intellectus, nihil est amplius. Istum vides, sed isto quis erit? *Quis cogitas?* *Quis putas?* In iudicium devolvitur, quod ambigitur: & tunc demonstrative signatur; quoniam dubium est de cogitatione, nequaquam de celsitudine: etenim Baptistæ antecellit magnitudo, licet pennas summat elevata cogitatio. Felicitas est summa, si capacitati hominis adæquat dotium præstantia; & prærogativa Ioannis ita surgunt in perfectionis cacumen, ut magnitudine vincant humanam cogitationem. Semper enim elogia maiora dotibus, ubi celebrantur ab hominibus. Instrumenta præclara, sed laus eximia. Languescunt eximij plausus, si in Baptistam dignuntur: dum eius exponitur honor, est in astra feratur, nullus maior.

4 Nascitur Ioannes in gratia, ubi reliqui hominum nascuntur culpa. Peregrini dignus conditionis, qui nascitur singularis. Fertur in nominis nota magni nominis umbra, impleta mensura nominis per præstantiam celsitudinis; & adhuc cogitatio dubitat, ex his quæ cogitat? *Quis?* Cogitatio intellectus, & non respondet. Nihil mirum: haud discernere potest quod non comprehendit; & dubijs exprimit meditante, quod miratur, quia magnitudo Ioannis ab illo non intelligitur. Si decerneret suffragium intellectiois, sanè decrederet magnitudo Ioannis, Dubijs fatetur, non posse comprehendere, quod non potest intelligere: & iudicium artificiosè subtrahit, dum Baptista in lucem prodit; quia desicit sphaera in intellectu humano, qua possit capi. Præcursoris magnitudo: siquidem eius maior excellentia est esse plus

in dotium perfectione, quam intelligentia humana cogitat posse comprehendere.

5 *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Interrogat discipulos Præceptor celestis. Variæ fane cuncti dicuntur in plausus, quippe ducuntur affectibus: suspiciosaque patent en omnia laudis, utpote plausus iuxta inclinationes. *Alij* (respondent) *Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut unum ex prophetis*. Haud, ut par est, æstimantur merita eximia, si ab alijs & alijs dotium penduntur momenta: igitur multoties his utque in fastidium displicet, quod alijs iure maximopere placet. Hæc sunt elogia magnitudinis Salvatoris, & eclipses magnitudinis. Iuxta cognitionis uniuscuiusque extensionem, lingæ confitebantur sublimiorem laudem: & earum encomijs celsitudinem quasi in nihilum redigebant; quoniam Dominus plus erat, quam cogitabant, illis videbatur summe extollere meritorum insignium prædicationem, Ioanni Baptistæ dehincentes similem; & sine dubio imminuebant, ubi tantum, atque talem prædicabant: siquidem ita excelsæ magnitudinis, ut deciderent etiam à cogitatis.

*Quem dicunt? Ioannem Baptistam.* Nihil ultra. Sanè in horum intelligentia, ceterum comparatio diminuta. *Eliam?* Non potest plus dici: & laude vacillat laus; igitur Salvator plus. *Ieremiam?* Male coëunt exiguum & magnum. Nil cogitant superius, & est amplius. *Unum, idest, maximum, ex prophetis?* Hinc inde cogitat intellectus acumen, an præconijs possit implere cogitationem; & quem etiam excellentem cognovit, ipsi excellentijs adæquate non desinjt; etenim ita prestat excellentiam maiestatis, perfectione virtutis, ac eximia magnitudine; ut superior existat illorum cogitatione. *Quem dicunt? Quem?* Non est, quem dicunt, si plus. Erit omnia, & nihil ex omnibus, est præconijs commendatur singularibus: igitur decus tantæ maiestatis stat in esse ita singulari, quod nequeat homo nec inadæquate desinire. Acta probant, quandoquidem ipsis laudibus errant. Fugit humanum captum personæ perfectio, quam non possit dici, ni ostenderit revelatio.

6 Alstruit eventus. In huiusmodi quaestione, transiente sententia in pleniorum intelligentiam obiecti, pro omnibus Petrus adæquate iudicium tulit, dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi*. Petrus homo cognoscit Christum filium patris æterni, & huiusmodi cognitionem Christus asserit, quod celestis genitor revelavit. Si Petrus cognovit, figens in eius divinitatem mentis obrutus, quare

Math. 16. 17.

Verf. 14

Eximia est magnitudo, cui non æquat humana cogitatio.

Encomia Ioannis.

Verlatio: ne cogitationis, astra trahitur ignorantiæ celsitudinis.

Verf. 16

Verf. 17

pro excellentia cognitionis non alstruit, quod sine revelatione illum cognoverit Petrus? Ad quid ergo revelatio, ubi proferitur ab homine filij Dei adæquata cognitio? Quia licet cognitio ab intellectu proferente confessionem, non poterat à se habere cognitionis plenitudinem: diciturque revelatio, Petri singularis definitio; quippequam conceptus minime esset adæquatus, ni desuper illustraretur, qui protulit, intellectus.

Planè magnus, qui, ut est, non cognoscitur sine illustratione intellectus.

Ioannes præstat dotibus cogitatis ab hominibus.

Encomia Ioannis.

Math. 11. 14.

Est quicquid & plus quæ cogitatur homo.

Verf. 15

braismo excitare studium audientium, & attentionem. Mihi (quantum auguror) videtur, auditorum expolcere fidem. Fidem in audientibus, prolatis Baptistæ laudibus? Fides sanè requiritur, ut Ioannes merito audientibus commendetur. Fide creduntur ab intellectu non comprehensa, est cognita, quia sublimiora facultate nativa. In evidentiâ cognoscitur. Quod cognoscitur fide, non comprehenditur. Quodcumque percipitur præmissis fidei, naturaliter neque comprehenditur; igitur fides nequaquam necessaria, cum sensus vel cognitionis evidentiâ: & Christus Dominus postquam laudibus obmerita commendavit Ioannem, in cordibus audientium altè sollicitat fidem; etiam merita Præcursoris ita magna, ut comprehendere non valeat hominis sublimior intelligentia. Expositæ fuerunt Ioannis virtutes, quas videbant auditores: & adhuc à Christo intenditur iure fides; igitur illius merita præclara, plus erant, quam erant visa. Videtur, & requiritur fides; quippe maiora, quam vident audientes.

9 Ipsi qui in eius nativitate de puero interrogant, fidem ipsamet interrogatione confirmant. *Quis putas puer iste erit?* Testantur puerum singulare miraculum, & stupescit non cognoscunt obvius miraculis puerum. Intende. Haud dicunt: *Quid putas puer iste erit?* Sed *Quis*. Sciunt, *Quis* sit puer iste: nesciunt *Quid*: quare igitur dum excitatur quaestio de magnitudine, nulla mentio fit de futura qualitate? An quia tantum commendabiles personales dotes, & nulla est sine meritis auctoritas dignitatis, cum adfuit munera, si asseritur merita? *Quis* dicunt, & non *Quid*: *Quis* indicat hominis eritatem; *Quid*, quod hominis sequitur conditionem; & non dicunt: *Quid*, sed *Quis*; quippe dubitant quod est: igitur tantâ excellentia magnitudinis degener etiam à conditione hominis. *Quis* dicunt, & homo est; quippe novum generi, supra hominem perfectio, & quod sit homo. *Quis*, dum homo est: Iure. Sciunt & nesciunt. Sciunt, quoniam illum oculis aspiciunt: nesciunt, quippe vel videntes non cognoscunt. Sciunt magnum esse etiam infantili ætate; & nesciunt, quoniam maior, quam possint scire.

10 Quod accidit respectu maiestatis Christi Præcursori, prævenit cognitio mirantium miracula in Ioannis nativitate. Cum esset in Iordane, Christum baptizans, de se dicit: *Vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo, & mansit super eum: & ego nesciebam eum; sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super*

Huius merita plus erant, quam erant visi.

Luc. 10. 66.

Nulla auctoritas dignitatis sine meritis.

Baptista vel cognoscitur ignorans.

Ioan. 1. 32. 33.

Baptista virtutes supra voluit in seipso.

Elogia præstantia de nobis.

Nascitur singularis.

quem videris spiritum descendente & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Si hoc est testimonium, quomodo verum, dum nesciebat, de quo perhibebat testimonium? Qua lege nescit quem videt, maxime si hunc Pater signavit Deus tot prodigijs de caelo, ut Ioanni pateret per columbam, & ipse ostenderet mundo? Ipse vidit: & cognoscens non cognovit? Ipse scivit, & quem scivit nescit? Utiq; Quomodo coibunt & scire & ignorare? Haudquaquam contradictionis est phrasim, sed magnitudinis index. Ioannes cognoverat, quoniam sciebat, quis erat: & quem sciebat ignorabat; siquidem ille plus erat, quam cognoscebat. Cognoscebat Ioannes Christi excellentiam, splendorem, maiestatem, magnitudinem, ac singularem praesentiam. Horum habebat cognitionem plenam: & quem cognoscebat ignorabat; quippequam cognoscebat, Salvatoris magnitudinem esse, etiam insignem & singularem, supra propriam cognitionem.

Labia praedicant, oculi indicant, signa de caelis demonstrant: & dicit Ioannes videre & ignorare, quem etsi cognosceret, non cognoscebat perfecte; quippe illius cognitionis magnitudinis, extra sphaeram humanae cognitionis. Videt, & quem videt ignorat: praestabat supra intelligentiam, quem videbat: praecedebat sapientia & ignorabat: tuncque perfectissime sciebat; siquidem tunc perfectissime cognoscitur, si supra cogitationem cogitatur. Videt, & ignorat, quasi non videat: oculi falsi testes, ubi testes magnitudinis, & abdicite quod videt, indicans per ignorantiam perfectionem; quoniam nequit cognosci nisi per fidem. Hoc est verum cognitionis testimonium, cognoscere & non cognosceret obiectum. Cognoscere intelligentia humana non posse cognosci, quia maior intelligentia. Unde si quae magna praesentia intellecta superiora, & incognita, quia magna; optimè Ioannes Christi describit magnitudinem plenam, demonstrans per ignorantiam.

11 Eodem modo sciendi ostenditur à vicinis excellentia Ioannis. Nascitur ex utero senectutis, laxatur lingua ligata patris, & praenovitate stupefacti dicebant ad invicem: *Quis putas puer iste erit?* In *Iste* exprimitur demonstrationem. In *ly Quis*, ambiguitatem. Si demonstrant, est cognitio: si ambigunt, ignorant cognitionem: & simul sciunt & nesciunt; quoniam nescire illius magnitudinem cognoscunt. Sciunt, & nesciunt; igitur ampliores Ioannis praerogativae, quam acie

Mactar Christi supra cognitionem humanam

Optimè definitur dum supra cogitationem cogitatur

Baptista excellentia quia maxima incognita

mentis poterant investigare. Ideo non dicunt: *Quid putas*, sed *Quis*. Dubium est de subiecto, quod percipiunt: demonstratio de subiecto, quod non cognoscunt: & quod cognoverant, dabantur; quia quem sciebat, nesciebant.

12 Adhuc latet arcanum in verbo *Erit*. Nascitur, & *Quis erit*, inter mirantes inquiritur. Si tot miracula coram oculis sunt, cur non dicitur, *Quis est?* Expectabant ulterius, etiam videntes miracula singularia. In *Est* exprimerent, quod infantem comprehenderent. In *Erit*, plus esse, quam cognoscere possent: & in tempore praesenti tempus designatur futurum, tamquam magnum scopus: quippe illud plus, quod erit, ostendet tempus. Vividius delicabo. Quod praesens in infante, potest ab hominibus cognosci: quod futurum, non est in hominum cognitionis potestate. Plenè ignoratur futurum: & futuris conficitur Joannis elogium; quoniam quae supra humanam intelligentiam, optimè definiuntur per ignorantiam.

13 Ab intellectu descendunt in voluntatem, ut Baptista clarescat perfectio: hinc quid Ioannes erit, *posuerunt in corde suo*. Querunt latentes oracula, ut dicant Baptista merita; & desiderijs voluntatis committitur, quod ab intellectu non cognoscitur. Homines quosdam describit Plinius *lib. 7. cap. 2.* sine cervice oculos in pectore habentes. Pectus est cordis thronus, caput solum intellectus: & sollicita cogitatio in voluntate cogitationum interpretem, dum meditatur exponere Praecursorem; quoniam melius loquuntur desideria voluntatis, quam subtilitates mentis perscrutatoris. Dum meditatur intellectus impossibilia, fingit. Voluntas vel impossibilia appetit: siquidem ambit sphaera voluntatis, quod fugit intellectus. Extensionem volitive potentiae signarem, & nissalor, vivide, in Astomis, qui carent ore, iuxta Plinium ubi super. Os est organum, quo pronuntiat naturaliter pectoris vota: & ore carentibus confert voluntatis sphaera; quippe non est lingua valens dicere, quicquid voluntas potest appetere. In hanc voluntatis abyssum vicini veniunt, ubi *Quis erit* Ioannes, inquirunt. *Posuerunt in corde suo*. Nichil iam penditur cogitatio. Quis erit? Quis? Erit, quodcumque voluerit cor? Eximium est. Plus & plus: igitur Ioannis celsitas, amplior quam potest desiderare voluntas.

14 Ut mirarentur, potius quam paterentur, filijs Israël pluri Dominus Deus manna. Unde primò videantes, dixerunt ad invicem

Quod non potest percipi per intelligentiam, exprimitur

Verf. 66

Non invenitur verba quae exprimitur Baptista

Symbolis voluntatis abominatio

Exod. 16. 15.

Sap. 16. 21.

Manna summi donum.

Matth. 11. 9. 10.

Malachi 3. 1.

Quo sensu Baptista. Angelus

Manna plus erat quam voluit vel se quibati

invicem: *Manna*, quod significat, *Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset*. Dati patet magnitudo, ubi donum appellatur admiratio. *Ignorabant*. Definitio genij humani. Alij quæcumque ignorant, blasphemant: alij altrunt admiratione quæcumque ignorant. Plauditur panis caeli, Angelorum esca, pluvia voluntaria bonorum, omne delectamentum, saporis cuncti suavitas, palati voluptas, panis vitæ & intellectus: & ut plenè altrueretur pro genio plausus, subdit Sapiens: *Deserens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur*. Qui panis intellectus, voluntatis exhibetur cibus: igitur vividius designabat gratiam, iuxta variabilis voluntatis mensuram, quam iuxta cogitationis intelligentiam. Volebat, & quod volebat, habebat; quippe occurrebatur quod desiderabat: & donum sui explicat perfectionem, dum respicit in voluptatem hominum voluntatem; siquidem nil iam voluntas poterat desiderare, cum plus non posset appetere.

15 Priusquam plura videamus, quid de Praecursore dicat Salvator consideremus. *Quid existis in deserto videre? Propheetam? Etiam dico vobis, & plus quam Propheetam*. *Hic est enim de quo scriptum est*. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam*. Ubi scriptum contempletur. Ita enim Malachias: *Angelus testamenti, quem vos vultis*. Baptista Angelus non est: cur ergo vocatur Angelus? Stabilitur magnitudinis Ioannis auctoritas, ex eo quod sit, quicquid voverit voluntas. Si vultis Angelum Praecursorem, erit Angelus: si non vultis, non erit: & non dicitur absolute Angelus ratione conditionis; sed Angelus, quem vos vultis: etenim si à voluntate optatur, Praecursor in Angelum convertetur. Iuxta voluta erunt Baptista merita. Stant in velle, vel nolle, pro voluntatis varietate, & Ioannis praesentia commendatione: siquidem ita ad instar manna virtutibus floret, ut sit sine dubio quicquid homo voluerit.

16 Modò ad manna prodigium, quia habemus exitum. *Ad quod quisque volebat, convertebatur*. Curiositas sensus oprabat plura, & plura; an in manna pluribus differentijs sine differentia inessent omnia. Voluptas invitabat curiositatem: curiositas voluptatis discrimen. Avebat, & habebatur quippequam ibi cibus, sicut desiderabat etiam luxuria palatus. Plus suggereretur voti ab appetitu, sed nihil in voto. Plura ambiebat, & habebat plura: igitur manna summitas erat, ut esset plus quam voluntas velle quibat.

17 Magnus igitur Ioannes, siquidem inter homines non surrexit maior. Satagebat voluntas in desiderijs de adæquatione elogiorem respectu virtutis Ioannis, & virtutes in Baptista superabatur desideria. Volebat velle plura, & plura volebat, an responderent perfectiones desiderijs voluntatis; & nihil desiderabat, ubi plura scibanda novitatis anxie volebat: igitur Ioannes Baptista ultra voluntatis vota. Intende. Quid poterat appetere voluntas? Ut virtuti cederet: etas? Vel dum nascitur, nascitur: siquidem vel in ætatis principio, puer magnus & coram Domino. Quererebatur morum candorem, & illud inveniebat Angelicam puritatem. Sollicitabat varietate humilem, & videbat super hominem hominem. Ut magis fulgeret, plura desideravit: igitur si in illo Eliae zelus cum spiritu queritur, in Eliam quærenti permutatur. Si splendor intenditur in dignitatem, est lucerna ardens & lucens. Si sitit manus doctoris, nascitur ad dandam scientiam salutaris. Praet quisque desiderabat, inveniebat: appetere manna missa de caelo confertur, quoniam desidervens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat convertebatur. Est ne plus, quod voluntas vult, ut sit? Non est. Adhuc si esset, esset plus.

18 Altruit propositum Aflertor. *Quid (dixit turbis) existis in deserto videre? Propheetam?* Quid? Ita vocatur pater, vel dum exponitur luci. *Propheeta Alvisimi*. Haud habuit Israël plus pro voto voluntatis, quam videre Praecursorem Iusticie Solis, hominem missum ut Propheetam a Deo, qui viam prepararet Verbo in carne venturo: & dum hunc sperat totus Israël Propheetam in generis gloriam; Christus dicit, esse plusquam Propheetam. Plus? Utiq; igitur si spes tota in eo quod esset Baptista hic celeberrimus Propheeta; Baptista lanquam plus, quippe supra conceptam spem. Plus. Et id voluntas extenderetur desiderio multiplici in gloriosa merita; merita Baptista ultra. Si tantum Praecursor esset, quodque voluntas voluisset; comprehenderet desiderium variabilis voluntatis perfectiones eximia Praecursoris: & proprie voluntas Ioannem designare non poterat, quippequam erat Ioannes plusquam volebat. Hinc qui eius nativitate celebrant, quid sit iste non demonstrant. Ad quid, si revera Ioannes plus? Si designarent, non esset plusquam conciperent; exiguus utique, si comprehenderent virtutes à voluntate: ipsi votis extremis excellentiam ostendentes, ambigunt; & tunc apprimè sine prædicatione dicunt:

Baptista mysticè ab perfectione manna.

Matth. 11. 9. Luc. 11. 76.

Ultra spem bonitatis.

igitur Ioannis gesta ultra quod voluit.

Cant. 6. 2.

Dubitatione dicitur de tei Baptista.

Plus cum Hi Baptista est, quin cognoscatur quid plus.

19 Observetur predicatio de pulchritudine Sponse: Quae est ista, (dicitur) quae progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol. Nota. Quae est ista? Ecce dubium. Quasi aurora, Luna, Sol. Ecce responsum. Dubitatione mirantur Sponsae dotes, & dotium commendabilium proponuntur species: igitur conferuntur ut eximie & Aurora, & Luna, & Soli. In Ioannis nativitate secus accidit: etenim de infante interrogatur, & minime respondetur. Cuiusnam maiora laudis momenta? Demonstratio vel dubium de magnitudine? Amplius arbitrio dubium pro demonstratione. Definitione respondebat obiectum voluntati, & dotes ambitui aut extensioni desiderij. Ambiguitate, obiectum superabat vota, dotium cognitarum, & incognitarum non prolata sententia: & pro instrumentis commendabilibus Sponsae, sententia à voluntate signatur, pro dotibus Baptistae dumtaxat hesitatione respondetur; siquidem Sponsa erat, quicquid desiderabat voluntas in Aurora, Luna & Sole, ceterum Baptista plus, quam quibat desiderare. Plus cunctis Praecursori est, sed non cognoscibile ab hominibus quid plus. Canit Paulinus ubi supr. v. 58.

Deus ipse profectò Qui nasci iubet, hunc quidem iubet esse Ioannem. Paulin. Nominis hic titulus, meritorum immensa propago, Quae necdum genito potuit praefocere solus, Qui dabit, & tanto tribuet tibi gaudia nato. Nec verò tribuet tantum tibi, gloria parva est Intra unam conclusa domum, sed quantus ab ortu Tenditur in sera finita crepuscula lucis, Totus prole tua tecum letabitur orbis.

DIDASCALIA V.

Ioannes Baptista miraculum mundi, gloria generis humani.

Guar.

Ita extollitur à Guarico Serm. 4. in eius Nativitate. Sileant igitur barbara miracula mundi, in lucem procedente Domini Praecursore: quandoquidem nec congruit plausus, dum fama pro cunctis unum loquitur opus.

Baptista, unus pro cunctis, Sedula.

Grandis rerum cui gloria restat,

Plurima qui populis nascendo gaudia quæret. Decarat Sedulius de Evang. histor. lib. 1. v. 46. Apertius quam Abraham, potest dici Advena & peregrinus: siquidem non vifum, quod inter homines homo esset mundi miraculum. Dicitur textus: Advena & peregrinus apud vos. Non dicit in terra vestra, sed apud vos; ut clareret quanta gloria, quod homo peregrinus inter homines sit: etenim si peregrinum, quod non commune, vel quod praestat singulare: magna rusticæ gloria quid singulare in communi natura. Hæcine excellentia Baptistæ, ut clarescat gloria generis humani: igitur summa generis gloria, quod in eadem conditione natura titularet peregrina. Quid quod ut miraculum Ioannis reliqui hominum designarent excellentiam, ubi gesta eminebant supra naturam?

2 Inter difficilia primum habet locum vocis hieroglyphicum. Unde illud apud Esdras: Demonstrata mihi vocis imaginem. Vox Verbi Divini Ioannes est: in quo enim habebit imaginem huiusmodi vocis?

Vocem nulla potest ars sculperè, pingere nulla: Sola repercusso exprimit Echo sonos.

Canit Ovvena lib. 2. Epigram. 213. Si miraculum miraculis aluitur, miraculum mundi miraculis comprobatur. In celebri illa Solis mensa vulgus peregrinorum putabat sponte sua cibos suggerere: ait Delius Disquisit. Magic. lib. 1. cap. 4. & Vincentius Chartarius in Apoll. imag. fol. 51. cuius etiam meminit Hieronymus, Epist. 103. ad Paulin. igitur dumtaxat peregrinis destinata mensa Solis. Mensa vera veri Solis est Eucharistia, qua cuncta continentur miracula: si Ioannes miraculum mundi, & humani gloria generis, ob eximias in homine virtutes; in Eucharistia prodigijs isthæc vox habebit imaginem, ut Dominus præter vocis suæ excellentissimam vocem.

3 Cena ista magna designata à Salvatore est symbolum Eucharistiae. Vocavit multos in regale convivium. Misit, vel permisit servum suum Ioannem, qui homo missus à Deo, ut venirent satiandi caelesti cibo, igitur illo uti medicinâ morborum generis, liberandi erant à malis. Occurrit questio. Ad quid itaque servum Praecursores misit, ut venirent in cenam, si multos prius ipse Dominus vocaverat? In huiusmodi mensa salus omnium ægrotantium, si accederent ad convivium. Erant pauperes, & debiles, & cæci & claudi: & sic erant, quippe ubi salus, ignorabant, ducti pondere criminum, & caritate vitiozum. Sine scientia huius fa-

Genes. 23. 4.

Bius excellentia peregrina.

4. Esdr. 5. 17. Nulla vocis imago. Ovvena.

Delius.

Predigia Eucharistiae ostendit Ioannis prodigia.

Luc. 14. 17.

In Baptista scientia salutis.

lutis caelestis, in contracta ægritudine iacerent omnes: & servum suum Ioannem Baptistam misit, ut ad cenam magnam Eucharistiae iam invitatos vocaret; quoniam institutum munus speciale Praecursoris, ad dandum populis scientiam huius salutis. Non credebant in cena magna inesse infirmitatum cunctarum medicamenta: & mittitur salutem prædicans Ioannes Baptista; ut in remissionem peccatorum eorum, omnes crederent per illum.

Luc. 17.

Ioan. 7.

Et iter in celum.

Sap. 16. 20.

Cur panis Eucharistiae panis de caelo?

Chrysol.

Luc. 17. 25.

4 Praeterea. Alij dicunt (vide Gloss. Maldon. Silveir. & Lyram hic) primò vocatos, qui renuerunt venire, à Prophetis antiquis fuisse vocatos. Qui verò promptè venerunt, per Baptistam accepisse nuntium. Si cena temper magna etiam in umbra; quo pacto prius vel valentes viribus ingredi renunt, & modò vel cæci, claudi, ac debiles ingrediuntur? Primi haud excusserunt animæ infirmitatem, quia salutis plenam non haberunt cognitionem: postremique vel claudi ingrediuntur in cenam magnam; igitur per servum missum habuerunt huius salutis scientiam.

5 Panis Eucharisticus dicitur Panis de caelo. Sapient. 16. 20. & Ioann. 6. 58. De caelo, quia in pane haud percipit voluptatem, quisquis quæserit à telluris voluptate dulcedinem. De caelo, quoniam caelestis huius suavitas panis. De caelo, quippe saluntur sentus, dum exponitur cibis, cuius eximia celstas huiusmodi delectabilis salitas; igitur testatur inconcussa fides, alia tibi, præter panis species, antix allerente palato, panem venisse de caelo. Panis de caelo: siquidem cum quæ supra nos, sint incognita nobis; panem plaudimus iurè caelestem, igitur hominum exuperat cognitionem.

Quicquid mirabile semper dicitur caeleste, quia terra non proprium, quod in terra peregrinum: & Ioannes uti missus à Domino, plaudit meritò quæsi delapsus è caelo. Levi manu Didasc. præced. tactum eloquium Baptistæ à Chryologo prolatum, quod quidem ampliore ponderatione dignum. Ioannes (ait Serm. 92.) in generali habitaculo satis se miratus est, esse peregrinum. Non est peregrinus homo in ventre generitricis: quare igitur peregrinus plaudit Ioannes in habitaculo matris? Dicam & volupè. Vox est Praecursor Domini Ioannes. Dum concipitur, necdum conceptus Christus, non Verbum Patris, & verbum illius vocis. Quia Verbum, Christus erat verbum æternum sine ullo accidenti: ut homo, erat verbum cum accidenti vocis, quæ quidem erat dignitate Ioannes; & priusquam in ure-

ro Virginis fieret caro divinum Verbum, in utero matris sese Ioannes miratur ut peregrinum; quoniam prodigium singulare, vocem quæ accidens inveniri, sine substantia à qua & in qua proprium participat esse.

6 Ulterius. Apud Philosophos Stoicos valuit sententia, vocem esse corpus. Unde de Lucretius lib. 4. de Res. nat. v. 525.

Principio auditur vox, & sonus omnis, in auris

Insinuata suo populere ubi corpore sensum. Corpoream quoque enim vocem consistere fastendum est.

Et sonitum, quoniam possunt impellere sensus. Apud Peripateticos, non corpus, sed qualitatem quandam sensibilem ex violentia corporum, vel aëris collisione, aut motu natam. Ita Aristoteles lib. 2. de Anim. & in lib. de Audibilib. Qualitas accidens est, & qualitas quæque vox. Quid mirum, quod Ioannes sese peregrinum iudicaret in generali habitaculo, necdum Verbo caro factus; dum videbatur uti novum accidens sine subiecto? Vox est Verbi, quod nondum descenderat ut homo fieret in terras: si vox proculdubio qualitas; meritò aluitur ut singulare, accidens subsistere in natura sine corpore.

7 Intelligitur modò, quare Ioannes non dicitur Vox clamans, sed Vox clamantis. Vox erit Christi, quia Christus per Ioannem clamabat: & vox Christi non est in Christo, sed in Ioanne, ut clareret summum Sacramentum Eucharistiae. In voce clamante, erat subiectum cum accidente: in voce clamantis, accidens sine subiecto accidentis: voxque Christi auditur in Praecursore, ut esset umbra mirabilis Sacramenti; igitur vivida exponitur novitatis descriptio, dum accidens videtur in alieno subiecto.

8 Prædixit Gabriel Zachariae anxio prolis, dum nunciatur Ioannes. Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Elia. Zelus insignis honoris Dei, virtutisque floruerunt in Elia, qui illis ductus coram incredulis fecit magna, & ad Dominum converterit rebellium corda. Haud celsit Ioannes pro Domini honore, zelo & virtuti flagrantis Elia; igitur omnes audierunt vel à longè prædicantem vocem, simulatque factum est verbum Domini super Ioannem. Si in Ioanne vigent zelus & virtus pro gloria Domini, ad quid in Praecursore zelus & virtus Elia? Magna in Ioanne zeli flamma, magna in Elia. Quare itaque non dicitur, quod in similitudinem Eliae præcedet; sed quod in spiritu & virtute Elia ante Dominum præbit? Alia Gabriel meditanter significabat, dum mira-

Unde Ioannes inter homines peregrinatus.

Lucret.

Singulare, accidens sine corpore.

Ioan. 13. 23.

Et in alieno subiecto.

Luc. 17. 27.

Ad quid in Praecursore virtutes Elia.

cula Præcursoris nascitur auidè audienti exponebat. Spiritus & virtus Eliæ accidentia sunt; sed Elias proprium horum accidentium receptivum. Ioannes futurum orbis miraculum: quod exprimerè intendens Gabriel, asserit præturum in spiritu & virtutibus Eliæ; siquidem maximum inter miracula, si in alieno subiecto sint accidentia. Zelus Eliæ est, verum non est in Eliâ, sed in Ioanne, ut micaret vel in umbra Sacramentum Eucharistiæ, in quo celebramus ut summum, accidentia esse sine subiecto accidentium.

In Eucha-  
ristia, ac-  
cidentia  
esse sine  
subiecto  
accidentium.

Math.  
21. 14.  
Ioan. 1.  
21.

Gregor.  
Mago.

Quomodo  
spiritus  
& virtus  
Eliæ in  
Ioanne?

Miracu-  
lum in-  
figne, sub  
iecti non  
esse, &  
esse acci-  
dentia sub  
iecti.

9 Perpende quid de Ioanne Salvator dicat, & quid Præcursor dicat de se. Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Interrogantibus Phariseis, Elias est tuus Præcursor dixit: Non sum. Quid est hoc, quia quod veritas affirmat, vox veritatis alevanter negat? Dubium est Gregorij Magni Homil. 7. in Evang. Si subtiliter veritas requiritur, oppositum haud invenitur, quod oppositum videtur. Ioannes (ait Gregorius) in spiritu Eliæ erat, in persona Eliæ non erat: quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Ioannes denegat de persona. Sic ergo. At quomodo si Eliæ persona non erat, in illo poterat esse virtutes Eliæ? Accidentia individuantur per subiectum, quo pacto accidentium Eliæ erit Ioannes receptivum? Idem accidens numero nequit subsistere in bino subiecto: quia namque scientia, quæ accidentia sunt Eliæ, erunt in Ioanne? Si Eliæ virtutes, non Ioannis: si Ioannis, non sunt Eliæ: quo ergo fundamenta licet Eliæ persona non sit, ut conset Præcursoris Domini claritas, in spiritu & virtute erit Elias, & non erit Elias? Erat Elias & non erat. Erat, quia in illo accidentia: non erat, quippe tantum accidentia in illo. Virtutes Eliæ sunt, & etiam Ioannis, ut mirabilis appareat subsistentia singularis accidentis: siquidem virtutis eximie signabat magnitudinem, accidentia non esse in naturali subiecto. Aliquid novum nascente Ioanne videndum. Elias erat, & Elias non erat; sed constabat virtutis summitas, in eo quod esset, & non esset Elias: igitur magnum & singulare, subiectum non esse ibi, & ibi accidentia esse.

10 Nota contextum Christi. Ipse est Elias, qui venturus est. Si venturus est, ipse non est; quoniam ipse non venturus. Elias venturus est, Ioannes adest: quomodo qui venturus, erit præsens? Quia Ioannes ipse & non ipse. Non ipse, quia alia persona; ipse, quia in ipso aliena accidentia. Non esset Ioannes singulare miraculum, ni illo expposito demonstraretur summum: & in eo quod ipse sit, & non sit Elias (non sit, ratio-

ne personæ, sed solummodo virtute) micat prodigium mirabile; igitur cunctis miracula nova, quod accidens esset in aliena substantia. Appositus dicam. Persona Eliæ Ioannes non erat, sed accidentia personæ Eliæ ibi inerant, ut Eliæ virtute, & descri-mine personæ, innotesceret Ioannes ipse & non ipse. Persona sonat substantiam: accidentia dicunt in substantia subsistentiam: & cum non esset Elias, Elias Præcursor à Salvatore plauditur; ut non tantum prodigium, sed prodigij magnitudo signetur: etenim inter eximia miracula summum; quod esset ibi substantia sine substantia connaturali accidentium.

11 Flectamus cogitationis cursum in præfatum Præcursoris testimonium. Vox clamantis dicitur, haud vox clamans; cum clamor fiat per vocem, rumpentem aërem. Si clamor à voce fit, quare Ioannes non dicitur clamans vox? Ut clamor fit in alio, & vox in illo. Vox erat Christi, at vox Christi erat in Ioanne. Vox accidens est: & in Ioanne videbatur Christi vox, ut aliquid in mundo micaret novum: siquidem singulare miraculum; quod vox, Verbi prolati conditio, non subsisteret in verbo. Aliter & aptius cogitabo. Ioannes vox est, verum clamantis est vox. Ergo clamans erat in voce Ioannis, quæ vox habebat conditionem accidentis, ut in accidenti vocis non intelligeretur substantia Præcursoris, sed clamantis. Si Ioannes esset vox clamans, videretur substantia clamantis quasi proprium receptivum accidentis vocis; haudquaquam aliena substantia sub specie peregrina: & Baptista haud dicitur vox clamans, sed vox clamantis; ut Sacramenti umbra luceret mirabilioris: siquidem præstat universis mirabilibus, verbum clamans esse sub alienis speciebus.

12 Ergo iam acumini Chrysoligi. Ioannes in generali habitaculo satis se miratus est esse peregrinum. Cur potius in generali habitaculo, quam in ortu, aut in deserto? Ipse dixit, dum se vocem clamantis exposuit. Vox clamantis post ortum Præcursoris fuit: in utero matris etiam Baptista fuit vox. Quare namque non se miratur peregrinum post usuram lucis, sed dumtaxat in habitaculo matris? Suppetit causa. Vox sine clamante nunquam audita. Clamans (cum existeret Ioannes) ut homo necdum erat conceptus; etenim ad Mariam mense à Ioannis conceptione sexto, missus est Angelus. Clamans subiectum accidentis vocis est, & sine clamante in Ioanne invenitur vox. Quid mirum, quod se peregrinum arbitra-retur in generali habitaculo, dum pere-

Quomodo  
Baptista  
ipse &  
non ipse?

Ioan. 1.  
23.

Vox cla-  
mantis,  
& non  
clamantis

Unde ex-  
cellentia  
Eucharis-  
tiæ?

Chry-  
sol.

Quare  
Ioannes  
nec dum  
natus pla-  
udatur ut  
peregrini-  
nus?

Luc. 1.  
26.

grinum nonnumquam accidens sine sub-  
iecto?

13 Iam ergo Ioannes ut miraculum singulare designavit aliquomodo miraculum Eucharistiæ: operæ prærium erit, ut per Eucharistiæ miracula, conset iam quis sit Baptista. Quis putas puer iste erit? Respondit interrogationi Salvator: Amen dico vobis: non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Unde Ioannes cunctis maior? Habuit pro perfectionis dignitate, perfectiones insignes, quæ nacti cuncti.

Luc. 1.  
66.  
Math.  
21. 14.  
Baptista  
maior  
cunctis.

In cœna illa magna, Eucharistiæ fuit rutila umbra. Ut vocaret invitatos in prandium, misit Christus Præcursorem, suum utique servum. Misit servum suum hanc cœnam dicere invitatis, ut venirent: Hæc apud Lucam: apud Matheum verò: Misit servos suos, vocare invitatos. Iterum misit alios servos. Quomodo servi plures, & unus servus? Quia cunctorum perfectio continebatur ab uno. Quos misit Dominus servi, fuerunt Propheta, & Iusti. Ioannes est unicus servus eximie perfectionis, uti gloria totius generis humani: & dum mittitur ille, mittuntur in vocationem plures servi; quoniam in illo solo micabat omnium Iustorum & Prophetarum perfectio. Omnes enim Propheta usque ad Joannem, quippequam illorum amplexus est perfectionem. Ioannes plus quam Propheta est: igitur in illo micat qualibet perfectio plus.

Luc. 14.  
17.  
Math.  
22. 3. 4.

In illa  
hora  
perfectio

Luc. 14.  
17.  
In Eucha-  
ristia om-  
nia mira-  
bilia.

Verf. 16

Math.  
22. 4.

Et ex mi-  
raculis  
singulis  
se mira-  
cium.

diversis: Christique cœna merito dicitur magna, quippe sub uno serculo continentur omnia. Cœnas insignes cogitaverunt Principes; sed exhibenda à Christo cœna, quam nunquam vel palata erudita cogitaverunt: siquidem non cogitabile nisi ab illo serculo, quod contineret perfectionem omnium.

15 Magni sit apud Hebræos Manna. Virtutes describit Sapiens, & ait: Paratum panem de celo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Omnia in potestate Domini sunt posita, igitur omnia sua. Omnes feræ silvarum, iumenta in montibus & boves, cognoscete omnia volatilia cœli, & pulchritudinem terrestris agri. Si orbis deliciae sunt in hominis escam, quas sæpe Deus preparavit inuitato miraculo; quare panis tantum Manna dicitur panis de celo? Si corvi pascunt Eliam, & pluit super Israël sicut pulverem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata; cur eiusmodi edulia non vocantur cœlestia? Quare solummodo Manna demonstratur epulum singulare? Quia Manna quasi specimen præstabat omnipotentie. Omnes homini in escam poterat exhibere delicias, sed supra omnes delicias dedit panem Manna in epulas. Magnam merito, quod Dominus cibaret populum omnibus delicijs, quas in diversis dipibus continet orbis; sed non summum, ni cuncta contineret unicum serculum. Hoc singulare, hoc insigne: & Manna essetur ut quid cœlestis, haud quia Dominus præstitit in omnibus omnia, & in singulis singulara; sed quia cum esset unicum, delicias habebat omnium: igitur continebat omnis delectamenti saporem, & omnis saporis suavitatem.

Sap. 16.  
20.

Cur Man-  
na panis  
plauda-  
tur, de  
celo?

16 Patet ratio, cur caro Christi dicatur verè cibus, & sanguis verè potus. Ly- Verè præter transubstantiationem signat cibi potatque præstantiam in amoris profertis insignem gloriam. Verum unde præstantia, cum tot sint in orbe esculenta & poculenta, ut caro Christi exhibeat verè cibus, atque sanguis verè potus? Sapor uniceque escarum: hic potus omnium. Appositius dicam. Per modum cibi & potus fidelibus traditur Christus, ut hoc mirabili alimento satiati, nascantur charismata cœli. Magna sunt quæ preparavit Dominus diligentibus se & gratia & gloria, quæ satiatur anima: & dum exhibetur Sacramento in escam animarum, exhibetur ut serculum præstantissimi; quia in illo solo omnia dona gratiarum. Non Moyses dedit Israelitis panem de celo.

Ioan. 6  
55.

Unde pa-  
nis Eucha-  
ristiæ præ-  
stantia pa-  
nis?

Verf. 13 *calo, sed Pater celestis dat in huiusmodi pane panem de celo verum. Verum*, non quia Manna fallum, sed quia respectu huius mirabilis panis, Manna panis non insignis: igitur ille omne delectamentum habebat pro cibo corporis; hic verò panis, utpote panis celestis, ut satiaret gratijs anima, continet mirè omnia dona celestia: stupente orbe, vilo prodigio, omnia miracula contineri sub unico Sacramento.

17 *Symbolum in signe Baptiste videtur in Manna. Hoc mittebatur à Deo Israelitico populo: Ioannes etiam fuit, bo no misus à Deo. Inter beneficia nulla gratia Manna excellior: inter homines nemo Præcursor maior. Ad ortum lucis colligebatur Manna præveniens Solem: Ioannes prævit ante Solis faciem. Illius mira perfectio, tabescebat ab exiguo Solis radio. Haud aliter in Ioanne: igitur dixit: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ignorabant filij Israël, Quid esset Manna. Idem in Ioannis nativitate, igitur inquit: *Quis putas puer iste erit?* Admiratio oritur in gaudantibus Manna, clamantibus, *Quid est hoc?* Hæcine miraculi incogniti nota affuit in Ioannis nativitate: quandoquidem *mirati sunt universi.* Quid illustrius in Manna? Omne delectamentum in se habere: etiam hoc fultit in Ioanne: igitur sicut Manna omnis saporis includebat suavitatem, Præcursor omnium virtutum amplexabatur virtutem. Semper Ioannes commendabilis, igitur munere, dotibus atque dignitate insignis: verum maior rutilat eius virtutis perfectio, dum quæ singularum celebrantur in uno.*

18 *Intende. De parentibus Præcursoris dicit Lucas: Non erat eis filius. Quare sic, si sæpe in Scriptura de sterilibus dicitur: Non habebant Liberos, Non erant eis filij? Respondet Chrysologus Serm. 91. Quia singularis futurus erat. Aliqua vidimus Tautolog. 2. Didasc. 2. num. 2. Non pluralitate expriment da careatia prolis, quippe Baptista futurus erat ex talibus singularis. Eodem stylo usus Iuvenecus lib. 1. Histor. Evang. v. 33.*

19 *Non fuit ijs soboles. Et Paulinus Consular. in Poem. Baptist. v. 39. Sed quod, in opprobrio matrum posuere priores. Paulin. Consular. Prole carens. Quid hic significat Singularis, ut sit nota genitij Præcursoris? Quod mirabile cunctis. Esse in aliquo genere virtutum, aut gratiarum singularem, erat esse virtutis singularis, ceterum haud singularem virtutem. Appositius: Erat esse singularem in singulari vir-*

tute, quod quia sæpe videtur, non singulari. Singulare omnino est, amplecti omnium perfectionem in lata sphaera virtutis: & nequaquam de Præcursoris parentibus dicitur, non habere prolem, sed non habere Joannem; quippe dum in lucem mater iterilis proculit, plurimos in Joanne peperit: igitur visa luce, resulsit in filio uti singulare, continere cumulum omnium gratiarum, quem mater nascisci quibat pluricite filiozum.

*Hermes omnia solus.*  
19 *Iusti uti homines indignos quandoque vel à celo commendati: Ioannes præcunctis, quippe maior inter homines. Itaque iure plaaditur, quippe ante conceptionem nomen imponitur. Celebratur Samion, quoniam ab Angelo parentibus præannunciatus. Samuel, eò quod ex iterili ortus. Jeremias, igitur in vulva sanctificatus. Isaias, quia electus in prædicationem ab utero. Zacharias, quia Angelus puritate, est conlitione homo. Elias, etenim convertit corda Israelitica, ardens ut facula. Ita in pluribus plura, in Præcursor verò cunctis & ampliora. Quælibet harum dotium habentem constituerunt insignem: verum Præcursorem singularem; siquidem singulare in eius venire virtutibus quicquid & plus relucebat in omnibus. Nitore singularum poterat fulgere quilibet: omnibus, & præ omnibus lucere, quid singulare: & non dicitur de Zacharia & Elisabetha, *Non erant eis filij, sed filius*; ut clarescat Joannis honos: etenim in sphaera perfectionis, unus, unicus pro cunctis. Hinc Magnus dicitur *Coram Domino. Coram Domino magnus*, qui virtutibus eminet, qui instrumentis præclaris signanter fulget: & dum iustorum recensetur numerus, Præcursor signatur vel inter gigantes magnus; ut liqueat quantum Baptista, & quanta Baptiste gratia: igitur omnium superat magnitudinem, omnium in unico contineri perfectionem.*

20 *Panis Eucharisticus dicitur Panis vite & intellectus. Quare si adinstat Manna, deservit uniuscuiusque voluntati, demonstratur ut panis intelligentiæ? Hoc sacramentum mysterium fidei, quod non capit rationalium acumen; etenim in obsequium Christi intellectum redigimus in captivitate: cur igitur si misterium longe à facultate mentis, ostenditur uti panis intelligentionis? In porrentum singularis magnitudinis. Intellectus intelligendo fit omnia & dicitur panis intellectus, quippe in illo universa mirabilia. Non fit intellectus quicquid non capit: fit verò quicquid intelligit; & panis intelligentionis effertur panis celestis; quippe*

Unde Baptista singularit

Martial

Marth. 11. 14

Iustorum omnium dicitur plenius.

Paulin. Cons.

Luc. 15. 15.

Inter gigantes magnus.

Ecc. 15. 3.

In Eucha ristia uni versis mirabilia.

quippequam si in intellectus est quicquid potest intelligere, panis celestis est, quicquid potest cogitari.

21 *Ergo in cognitionem Ioannis, qui servus missus ad dandam scientiam salutis. Infirmi igitur homines erant, ut vocati venirent in cenam magnam. Missus est, ut omnes crederent per illum: attamen contemplantur elogium. Ille erat lucerna ardens & lucens: profert Salvator de Ioanne. Ioannes igitur de se: *Ego vox.* Diversa sanè obiecta, etenim auribus vox, atque oculis fulgens lux: quare ergo designatur Ioannes & titulo vocis, & munere lucis? Propter vocandos in cenam, & propter insignem gratiam, siquidem in illo occurreret quicquid homo cogitaverit. Omnes gratiæ inventiuntur & insignia, ut emineant in Ioanne Dei magna. Omnes ægroti in prædicatione medicinam inveniunt, præter eguerint. Alij surdi & alij cæci: plauditurque lux & vox, ut omnia in omnibus sit: igitur pro munere dignitatis lux est cæcis, voxque surdis. Prædicetur igitur generis humani gloria; siquidem in illo cuncta hominum commendabilia. Extollatur uti mundi miraculum, qui vel in miraculis miraculum novum. Contendant iusti. Vincantur. Inter natos mulierum nullus maior. Contendant, conferantur.*

*Equabit meritorum stemmate natus, Tantumdem & laudis, simul & virtutis habebit.*  
Vide quæ diximus Tautol. 3. Didasc. 12.

DIDASCALIA VI.

Locus misericordie Dei est ipsa Gentilitas.

Gregor. Mag. 1 *A* Struit Gregorius Magnus lib. 17. Moral. in Iob cap. 20. Quæ nulla apud Deum merita habuit, reconciliationis gratiam ex sola clementia accepit: igitur gratis & amore, qui non consecuit misericordiam, nunc misericordiam consecuit. Regium succurrere lapsis.

*Miseris celestia Numina parent. Nec semper læsos & sine sine premunt.*  
Succinuit vel Ethnicus lib. 3. de Pont. Eleg. 6. Advenerit, & peregrinus dicitur Abraham, ut eius veri signarentur filij, qui Dei clementia facti sunt in caput anguli: igitur qui non populus eius, per fidem iam eius populus; ut videretur insignis misericordia, dum Gentilitas civis, cum esset advena: quandoquidem quæ penè nihil videbat per volunta-

riam cæcitate, vocata est gratis in admirabile lumen.

*Noctem quoties summovet Eos, Regem toties credite nasei.*  
Potius quam Seneca dicere possumus, in Herc. Octavo, Act. 2. v. 614. igitur invenit Dominum,

*Tres ubi luciferus veniens premiserat Eos.*  
Quod retorquemus ex Ovidio lib. 3. Fastor. 2 *Sæpe in Scriptura dicitur: Alienigena, qui non est de populo tuo; ut claretur Domini erga Gentilitatem miseratio: etenim Gentilitas, est non de Dei populo, Domini misericordia, advena & non alienigena, deducta per datam fidem, optatam utque sanctorum civilitatem. Nigra erat, & facta formosa. Propria, quæ aliena. Dominus illam vocavit, & vocationi apprime respondit. Unde nato in ea Domino (quo facta Gentilitatis illuminatio) sine quo nemo habebat inclusionem; Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Ethiopum: hi fuerunt illic. Iam Salomonis Sponsa, quæ erroribus Ægyptiorum & alienigena erat, & aliena. Prædicat Pfalter Regius, ut floreret ex Gentilitate populus novus. Assistit regina à dextris tuis in vestitu desurato, circumdata varietate. Regina ita ornata? Quænam ista? Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Viderunt eam filie Sion, & beatissimam predicaverunt, elevatam ad thronum. Lucè. Gentilitas est. Assistit regina (ait Basilus lib. de Vita Virgin.) quæ panoso vestitu, ac seroili habitu vilis putatur; in regno celorum regina, & nobilis regi adsans reperitur. Ecce Gentilitatis species in caligine erroris, & dignatione Dei post acceptionem lucis: igitur quæ turpis famula celebrata regina, & quæ omnino aliena, dilectissima Sponsa.*

3 *Intendamus in Sponsæ felicitatem, & Sponsi dignationem, perpensa lege, quam Christus venit adimplere, nequaquam solvere. Si egressus fueris (ita decreti tenor) ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivosque duxeris, & videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adma-veris eam, voluerisque habere uxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet casariam, & circumcidet unguis, & deponet vestem in qua capta est: sedensque in domo tua sedit patrem & matrem: & erit uxor tua. His conditionibus erat Sponsa, quæ fuerat captiva: & eisdem circumstantijs in Magis, primitijs Gentilitatis, celebratum fuit*

Senec.

Ovid.

3. Reg. 8. 41.

Vitæ proprias.

Pfalms. 86. 4.

Pfal. 44. 10.

Ex famula facta regina.

Basil.

Deuter. 20. 10.

fuit matrimonium post Dominum in carne ex Virgine natum. Caesaris indicat vanitatem, unguis propriam utilitatem, vestis errorem: Magique pro Gentilitate (in obsequium Sponsi, qui descendit de caelis, ut bellaret aëria potestates, & acquireret sibi populum acceptabilem, si duceret Gentilitatem his circumstantiis uxorem) sine vanitate ab Oriente venerunt: puerum sine errore inveniunt, & denique ut tantum adorarent, adorarunt. Ergo, uti in illis dignati celebramus matrimonium.

4 Ritus primus erat capillorum resecatio. *Egyptij Sacerdotes quotidie rasiabant, neque ullum capillorum vestigium toto capite cervi patiebantur:* ait Pierius lib. 32. *Hierogl. cap. 45.* igitur qui Deo dicati, debent esse absque ulla superflua cogitatione. Qui salvi evadebant e naufragio, capillos rafos dedicabant Neptuno, uti refert Orozcius lib. 2. *Embl. 44.* Prudens consilium vel in tenebris errorum: etenim si crines cogitationes; gratia Dei periculorum maris expertes, ius erat casu discrimine, cunctas Deitatis cogitationes offerre. Caerates resecatur, dum Deus quaeritur: siquidem cum in corde hominis sint idem vanitates, & cogitationes, quippe nil aliud respiciunt cogitationes, nisi mundi vanitates; ut corda potiantur voto, nulla debet esse vanitatis cogitatio.

5 Cum natus esset Jesus in Bethlem, *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Reges utique erant: quare igitur non designantur ut reges? Dignitas regia cedebat in gloriam adorati infantis, igitur adorandi, puerulum adorabant & in praesepio: quo ergo intuitu coronae trinæ nulla prosus recordatio? Cogitationes regum in mari superstitionum perpessa naufragium; sed, etiam errorum ingruente procella, pervenerunt in salutis operabilem portum. Haud erat in caelo fides, quod non deauraret adoratione peccatus; quippe amplius fulgebat adoratione, quam luce, perlicentiae nave cogitationum sine Cynosura cognitionis, sine luce veritatis, sine gubernaculo caelestis lucis, faburrâ superstitionis; quandoquidem magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat diabolicam falsitatem: ceterum splendore lucis novæ rutilantis in Oriente, tabulâ cognitionis e periculo maris tumidi exierunt, & Neptunum (verum maris Dominum) in specu proni adorarunt, radentes in corona caesariem, igitur deposuerunt omnem erroris cogitationem.

6 Praeterea. Corona, quæ lucidè tempora ornat, in ampliozem falsitatis caeci-

tatem impellebat. Caligabant magis rationis oculi, ceptri & coronæ consuetante luce. Si Dominum in praesepio natum quaerent ut reges, haud raderent caesariem, inrentis capillis (retoris cogitationibus) in vanitates: & deponunt in corona capillitium, postquam iactati errorum fluctibus fecerunt naufragium; quoniam quaesito Christo, vanitatis mundi florentis nec cogitatio. Deinde. Duplici titulo gaudebant Reges Orientis, uti observant Cicer. de *Divinat. Philo Judæus de Specialib. legib. & Pier. Valer. lib. 55. cap. 8.* scilicet, Regum & Magorum. Titulus Regum ostendebat vanitatem, Magorum verò, prudentem discretionem: & qua uti solite quaerentes Christum; cum Principum titulo deponunt seculi fastum; quippequam tunc invenitur, ubi Deus sine vanitate quaeritur. Non Reges, sed Magi inquirunt, quem Dominum Deum venerari conantur. Magi sunt Principes & non amplius, dum veri Dei intenditur cultus. Non Reges reges, quo mundi ostenditur gloria; sed Magi, quo demonstratur sapientia: etenim nulla maior, quam deponere errorem, ut inveniant vel in rupe latitante veritatem.

7 Tenis capillis & sine lege comâ, Gentilitas in mare vitæ stabat fluctus in naufragio. Nova luce obices cogitationes ab oculis amovit, & caelum vidit; igitur prius ducebatur in erroris praecipitium, quia nolebat oculos attollere versus caelum: verum deposuit promptissima errorem, illic ut caelum communicavit caecis oculis lumen: & Deus misericors contulit cognitionis beneficium, simulac oculos elevavit pro respicientia in caelum. Perpende. Oritur in Oriente stella, & veniunt Magi dicentes: *Ubi est, qui natus est Rex Indeorum? Vidimus stellam eius.* Non inquirent, An natus, sed ubi natus. Sciunt Deum-hominem natum, at ignorant locum. Ceterum unde sciunt? Quia vident, quod non viderunt. Caeca Gentilitas sibi ut magis excutiret, blandiebatur tenebris superstitionis, quas illic respuit fulgore stellæ micantis: & non dubitat de nato, sed de loco; etenim suppetebat rationalis omisionis excusatio. Non itaque adoraverat, quia nec lucem viderat: siquidem prius libentissime adorasset, si prius dignata veritatem cognovisset. Prius renuit demonstrationis obsequiosæ tributum; quoniam nil voluit, quin praecognitum. Quia oculos statuit declinare in terram, caeli nullam habebat notitiam. Emitit caelum in stella fulgorem, & adorare venit, simulatque vidit lucem. Quæsitit Christum, ut fixit lumina

Vel levis cogitatio obest

Vera scientia, qua Deus quaeritur.

Ubi sup

Gentilitas ut cognoscit, ut sciat adoravit

in caelum, expresso amore in ipsa adorationis velocitate: siquidem nulla distantia inter visionem luminis, & inquisitionem atque adorationem veritatis. Respondit ita-tim Dominus, ubi vidit in Gentilitate dilectionis dignus: igitur prompta Domini gratia, factâ à Gentilitate vel levi in inquisitionem diligentiam.

8 Ducti ergo Magi fallaci coniectura, scilicet Regem nasciturum in Regia, in Ierusalem direxerunt iter, ubi regnabat Herodes. Hæc est affectio frequens incipientiam quaerere Christum, sed insipientium. Christus in Curia? Christus in Regia? In quatuor palatijs affuit Christus, sed in nullo notus. In domo Annæ alapâ idus, in domo Cai-phæ ministrorum ludibrio expositus, in domo Herodis iudicatus insanus; at denique in Curia Pilati morti ignominiosæ devotus. Exeat ex aula qui velit esse pius. Ingressis ergo Regibus in urbem lux ab oculis eorum evanuit, quippe ut Deus inveniretur, iter Curie non iter: dum greffus diriguntur versus mundum, radios suos remoret cæcutionibus caelum: etenim licet fundamenta terræ moveant, ut Deum quaerant; quaerentes in curia, semper in tenebris ambulat. Egressi sunt enim ab illa miserabili Baby-lonia, absque ulla nati Regis notitia: sed acutum egressis *Ecce stella.* In Ierusalem non aspiciunt, & aspiciunt, ut abierunt? Necdum Gentilitas raserat caesariem, ut admittiret captiva in dilectam coniugem. In Ierusalem cum Herode tyranno respiciebat mundum: extrâ, respiciebat caelum: cum caelestia respicere, ut Christus inventatur, sit iter breve, & Dei promptissima gratia; quamprimum Gentilitas elevavit lumina, *Ecce ut ducantur stella.*

Christus in curia non cognoscitur, sed ludificatur.

Vel. 9.

Praesidio auxilium respicientibus caelum.

Vel. 1.

gi. Cum nasceretur, non viderunt Solem, dumtaxat stella viderunt lucem. In Regia non esset obsequium, Magorum prudentissimum studium: quandoquidem ut introducantur venales adorationes, sufficit ambitioni scintilla utilitatis. Natus est Christus, & statim ibi Magi. *Ecce.* Exprimit adverbium animi promptitudinem, & fidei pectoris æstuantis demonstrationem: igitur prius Deitas vera non culta, quia illis, Sole latente, non cognita: verum illic ut habuerunt cognitionem, *Ecce Magi venerunt*, ut adorarent.

10 Vidimus: inquitur. Ergo prius non venerunt ab Oriente, quia non viderant præ superstitionis caecitate. *Vidimus, & venimus.* Ante Solis ortum non venerunt Magi: quoniam idololatria exci. *Vidimus.* Quid? *Stellam eius in Oriente & venimus adorare eum.* *Eum & non Eam.* Meditentur, ut animæ quaerentes Dominum ministrum non adorent ducentem, sed eum qui misit dactorem: de quo Nos alibi. Non Solem viderunt, sed stellam, signum caeli nati infantis, ut constaret ex stella studium vehementioris dilectionis: quandoquidem Christus quaeritur, ubi vel leve signum de caelo datur. Haud viderunt tres Soles, sicuti in Hispania vili (vide Suarium in 3. parte. *D. Thom. quaest. 36.* disput. 14. sect. 2. & 3.) sed tantum lumen stellæ. Magna vel ab exordio Gentilitatis fides, sed amplius studium dilectionis. Exiguam videbatur signum lumen in aëre, ne Reges, adoraturi ab Oriente venirent: & ecce veniunt dato signo de caelo; quia præ amoris vehementia, sufficiebat indicatio. Dialecto nostra: *Para buscar la Deidad, en el amante bastaba una insinuacion.*

11 Invenerunt ergo puerum. Verum quare? Introierunt in speluncam, haud deportati sunt. Introcmiti in speluncam est sepeliri: & hi ducti stellæ fulgore introducuntur, & nequaquam deportantur; ne videant vel in umbra felicitatem, qui ex tenebris fa-culi vocati sunt in Religionis lucem: igitur vident intrantes domum Domini maiestatem, qui moriuntur ante mortem. Moriantur antequam moriantur, ne motiantur cum moriantur: & ibi felicitas summa, & gloria: igitur ulterò sepeliuntur in vita. Magi intraverunt domum, quæ sepulchrum, & viderunt puerum. Nequibat videri à Magis optata Deitas, quousquæ errores sepeliret Gentilitas: & vidit desideratam tot. retrò factulis Ditatem, simulac deposuit superstitionis vestem.

12 Invenerunt Magi, quem quaerabant puerum, sed Herodes non potuit inven-

Ambitio vitiosa.

Gentilitas ubi omnibus in inquisitionem Deitatis.

Veritas quaerentium Deum.

Vel in signum intellexit vocationem

Vel. 11

Sepeliri in vita, magna gratia.

Gentilitas cognovit Deitatem, ut deposuit errorem.





Gentilitas obsequium viciuam infantis.

nobile obsequium, adorant, muneraque postmodum offerunt; quoniam ex corde patet oblatio munerum, post oblationem cordium, prae dilectione adorantium.

Amorem caelicum (Gentilitatis oblitum, & merito, quipe in ipsa prius oblivio) reconciliare obsequijs Gentilitas cupiebat, & redamari, quia cognitum iam amabat: flebitur precibus, trahitur cordis gemitibus.

Paulin. Conf.

Quanta Dei pietas, quamque exorabili Numen!

Poenituisse sat.

Et traxit arte in eius dilectionem.

Accinit Paulinus Consul, in Carm. de Baptistis. v. 104. Placatur Deus, cui placeat amor nudus: & Gentilitas munera offerens, Sponsum adoravit toto pectore; quia cuncta dedit anxia pro dilectione. Dedit pro dilecto cuncta, etiam vestem in qua capta.

Peregrinatio in Dilon ob reverentiam Solis.

20 Apud Graecos celebris fuit solemnitas, quam dicebant Felicitatis, pietati navi pro simbolo, in cuius antennae fulgens stella rutilabat velo. Quae verò navis (inquit Pierius Valerianus lib. 45. Hieroglyph. cap. 4.) apud Athenienses erat salutis indicium, in Thesei memoriam coli consueverat, singularisque annis Delon (ubi Sol colebatur in antro, de quo vide Vinc. Chartarium in Apollin. fol. 46.) mittebatur, Apollini cultum allatura, suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis una secum salvis reversus esset. Ecce imago felicissimae sortis, subacta à demone tyranno Gentilitatis, qui quidem singulos tradebat devorandos Minotauro, in flexu, & reflexo errorum superpositionis labyrintho. Venit Deus in navi descendens in inferiores partes terrae (igitur navis de longè, hospitis adventum testificata Dei) ut educeret vincos in fortitudine, proiecit in lacum dracone, quo libera Gentilitas fregit tyranni catenas: & grata obsequio, sollicita studio misit Reges, ducente stella, ut in antro Soli iustitiae offerrent munera sacra, quotiesque colligens fide & tempore residuum, tunc intraret plenitudo Gentium: & quae erat demonis serva, gratia veri Dei plauderetur Sponsa, tam felix, quam formosissima. Non ego pauper, te divite, facta. Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis: Mars abiit, signo nunc Venus apta tuo. Proffit & adveniens, en aspice dives amator, Te cupit & cura, quid tibi destr. habet.

Pier. Val.

Gratitudo Gentilitatis.

Altiori sensu canam, quam Ovidius lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Ovid.



DIDASCALIA VII.

Ascensio Domini glorificatio nostra est.

1 GRATULABUNDUS proclamat Augustinus Serm. 2. de Ascensu seu 175. de Tempore. Caespitamus miraculis, repleti donis. Ascensio Domini (inquit Serm. seq.) catholica fidei confirmatio fuit: ut scire in posterum crederemus miraculi illius domini, cuius iam in praesenti percipissemus effectum. Alienum erat à natura caelum, quod repagulis ferreis criminis erat ocellum: sed qui vicit peccatum & mortem, caelum etiam reseravit; quandoquidem super omnium creaturam caelestium dignitatem, humani generis natura descendit. Gaudebat hostis de proiectione humanae conditionis, quasi nunquam posset excutere iugum tyrannidis, descendendo in profundum inferni, sine spe, unde ipse lapsus, calcandi sidera poli; quippe terra in terram ite post peccatum, & nequaquam terra in caelum.

Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles. Perfide quid scavis: iam super astra sedes. Mortuus ille tonat, terram calumque subegit. Quid facient hostes: Mortuus ille tonat.

Canit Sedulius Hymn. 1. v. 84. Plaudatur igitur terra nova, dum videtur super astra.

2 ABRAHAMUS, Advena dicitur & peregrinus: Christus in caelo peregrinus, & non advena. Non advena, quia reversus, unde venerat: & nihilominus peregrinus, quia inde carnem, quam assumpserat, non traxerat. Carnis enim locus proprius terra est, quo quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in caelo collocatur: inquit Gregorius Magn. Homil. 9. in Evangelii novumque rutilat prodigium, quod terra nostra in corpore Redemptoris mortuo locum; etenim terra elevatur super caelum. Cantat Arator lib. 1. in Act. Apostol. v. 33. Tollitur astrigerum rediturus victor in axem, Et secum quod sumpsit habet, nova pompa triumphi Arva Deus petijt, homo sidera.

Terras illustrat descendens Deus è sublimi caelo, & sidera petit homo; quippe descendit ut hominem elevaret, & terram caelo superiorem constitueret: igitur illius peregrina carnis in thronum patris Ascensio, nostra fuit glorificatio, ampliora nanciscuntibus per Christi ineffabilem gloriam, quam per diaboli

August.

Idem.

Terra colata in caelo.

Sedul.

Genes. 13. 4.

Terra caelo superior.

Gregor. Magn.

Arat.

Novae pompa in triumpho Ascensio.

boli amiseramus invidiam: siquidem resulsit in toto genere, quicquid effulsit in capite. Nova pompa triumphi est, dum in caelum elevatus est Sol; & propter gloriam Christi ascendentis, & propter gloriam simul ascendentis hominis.

Psalm. 29. 2.

3 Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec desististi inimicos meos super me: canit David. Ubi igitur Propheta exaltatus, ubi susceptus, ut grates solvat de propria exaltatione gaudibundus? In caelum. In caelum Propheta tollitur: Sanè: in caelum Christus Dominus elevatur: & dicit aptè propriam elevationem, dum Christus ascendit in maiestatis sedem; quoniam elevatio Principis, est elevatio humani iacentis generis. Pulverem inimici arborabantur hominis corpus, quasi non esset auxiliator, qui posset in pulvere levare, & de eorum manibus poterent eripere, etenim peccato atque morti mancipatum, redigebatur in ignobile principium, ut semper esset terra procul à caelo, siquidem vel animata expulsa de paradiso. Si ita conditio corporea humana maneret, dilatato corde inimicus diabolus exultaret, quasi semel victa & deserta usque ad pulverem per diabolicam artem, ope divina nequiter superare victorem. Unde hominis inimici diabolus, mors & sepulchrum, nequaquam gudent, sed fremunt, Christo ascendente in Olympum; quoniam Salvatoris corpore collocato in caeli throno, totius generis micabat glorificatio.

Glorificatur boni, ubi collo.

Psalm. 88. 19.

Secum quae tollit.

5 Absolutè Apostoli reliquerunt omnia, & pro relictis inquisierunt in caelestibus praemiis. Quid ergo (dixerunt) erit nobis: illic Dominus: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Merita Apostoli exponunt resolutoridè, Christus verò praemia proponit conditionatè: Cum sederit filius hominis, sedebitis. Non sedebunt, ni fiederit? Profectò. Ab illius gloria pendet hominum glorificatio. Non querebant, quibus affecte renunciaverant, terrena, sed caelestia dona. In caelo vota eorum discipulorum detorsit: Christusque asserit habituros, cum haberit: siquidem ante illam, nemo ingressus est in caelum. Per sedem indicat gloriam, per illum, sed haudquaquam ante illum, ab hominibus habendam. Hanc discipulis promittit, verum cum in caelo ad dexteram Patris sederit: igitur si ille non sederit in sede maiestatis: minime haberent maiestatem sedis.

Matth. 19. 28.

Ex gloria Christi gloria conditionis humanae.

6 Deinde. Sessionem discipulorum in caelestibus memorat, & se solum hominis vocat: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis, sedebitis. Cur naturam humanam connotat, dum sedes affectis signat? Etiam corpus gloria donandum, elidit horridè saucium, vel in pulverem convertitum habitaverit sepulchrum. Filius hominis in Christo dicit humanam formam, & etiam materiam, quibus constituitur homo, & ex quarum gloria constat gaudij plenitudo. Hinc illis dixit: Ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impletur: igitur sine gloria corporis, gloria licet summum gaudium, non videtur gaudium plenum. Unde dum plenam gloriam in sede maiestatis, Christus promittit discipulis; dicit Iosuros, cum sederit filius hominis: siquidem in caelum assumpta, etiam in cinerem redigatur humana caro; non tantum animam potitur gloria, à corpore separata, verum vivificabit, & glorificabit corpora.

Ibidem.

Ioan. 15. 11.

Et gloria.

7 Effectus patet felicitatis, pateat etiam origo beatitudinis. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes, &c. Si sedes caelestes praemia laborum sequentium Christum; cur ergo in sedes caelestes ius taceret Apollodorum? Christus sedebit in sede maiestatis suae: quare non dicitur illorum, illorum sedes, cum illi ex vi iuris, quippe ex meritis, gloriosè sederint in sede maiestatis? Quia neminem susciperet thronus, ni in throno sederet Christus. Gloria nostra pendet à gloria Christi ascendentis in gloriam, etiam naturae reliquorum iulorum communi dantur.

Aqua omni nino perdet.